



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 115. Imperii sententia contra Coloniensem & Bavarum Electores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. In superiore vero Germania Villa  
A C. 1706. rius Gallorum Archistrategus Ludovi-  
 ciā arcem obsidione liberavit, capta-  
 que Hagenoa & Cæfareorum arm-  
 mento Palatinatum inferiorem exactione-  
 nibus & rapinis exhausit, latius pe-  
 stem circumlaturus, nisi Marleburgum  
 in Brabantia die vigesima tertia Maii  
 ad oppidum Judoigne Gallos Bavaro-  
 que tanta clade prostrasset, ut ex sexaginta  
 vix triginta millia superessent  
 mox etiam Victori claves obtulerunt  
 Lovanium, Bruxellæ, Mechlinia, Antwerpia,  
 Gandavum &c. totaque Brabantia Carolo Archiduci homagium  
 præstítit, ac demum continuato vi-  
 riарum cursu Ostenda, Mena, Dendre-  
 feimunda, & Athum Cæfareorum  
 mis cessere.

## §. CXV.

*Imperii sententia contra Colonensem  
 & Bavarum Electores.*

Gottfrid. Jam anno priori Elector Palatinus, u-  
*Hist. cont.* primum inter Electores locum unde-  
*t. 14. p. 631.* cum Palatinatu superiore obtinere,  
 & 650. Colonensem & Bavarum Electores  
*Hode Hist.* proscribi, tanta vehementia urgebat,  
*de Louis* ut in Electorali Collegio die vigesima  
*XIV. p. 495.* septima Novembri concluderetur, dan-  
*Calmet l.c.* dum esse Cæsari consensum ad exequas

quendam horum proscriptionem, Ger- Sæc. XVII.  
manicæ tamen expeditionis successum prius esse præstolandum opponebant A. C. 1706.

maritimi Principes: Postquam vero  
Cæsareorum armis tam in Italia, quam  
in Hispania fortunam favisse nuntiatum  
erat, die vigesima nona Aprilis Jose-  
phus Imperator cum Cæsareo apparatu  
comitantibus eum cunctis Proceribus  
Palatii Aulam ingressus, ac solio suo  
insidens, utrumque investituræ diplo-  
ma, quod Josephus Clemens Coloniensis,  
eiusque Frater Maximilianus  
Emanuel Bavarus Elector a Leopoldo  
Cæsare obtinuerant, prælegi jussit,  
illudque dilaceratum, atque in terram  
projectum, pedibus conculcavit, illius  
vero lacinias Cæsaretis Fecialis hastæ  
suæ acumine sublevatas in frusta di-  
scerpsit, atque in Palatii atrium per fe-  
nestras projecit: postea Imperatore  
præsente publice Viennæ lectum est de-  
cretum, quo ambo Electores ob eorum  
secessionem a ceteris Imperii Statibus,  
& propter apertum bellum contra Cæ-  
sarem per Universum Imperium Roma-  
num, consentiente Imperio, tanquam  
eiusdem Romani Imperii hostes pro-  
scripti, eorumque ditiones fisco Impe-  
riali addictæ enuntiabantur: Edicto ta-  
men particulari vitæ Electoris Colo-  
niensis ob saeræ dignitatis reverentiam

pro-

Sæc. XVII. prospectum est: Maximiliano autem  
A. C. 1706. igni & aqua interdictum, ejusque qua-  
tuor filii Monachio Clangenfurtum in  
Styria deportati sunt, non alio, quam  
Wittelspachensis Comitis Filiorum no-  
mine honorati. Ad hujus tamen sen-  
tentiae firmitatem requisitum fuisset ut  
prius ambo Principes ad Imperii com-  
tia citati, & publicæ securitatis litera  
muniti ad suæ caussæ defensionem ad-  
mitterentur, eisque ad diluenda ob-  
jecta sufficiens temporis mora indul-  
etur: His tamen neglectis Sanctis  
Cæsarialis consilium sententiam promu-  
gavit, quapropter in Ratisbonenibus  
comitiis Vinariensis, Bremensis, Wu-  
tenbergicus, Saxo - Gothicus, Haile-  
Casselenis, aliorumque Principum Ora-  
tores die decima quinta Aprilis quere-  
bantur, eoquod hæc proscriptio que-  
dem ex Electoralis Collegii consendo  
inconsulto tamen Principum Collegi  
contra leges pragmaticas, pacta Wel-  
phalica, Imperii recessus de Anno 165  
feudorum jura, & Cæsaream Capitu-  
lationem ab Imperatore facta fuisset: Ve-  
rum Josephus anni sequentis Mense Ja-  
nuario hæc respondit: Si Principes cur-  
cta, quæ ante, in & post præfatam pro-  
scriptionem ex militaribus Imperii de-  
clarationibus intime examinatis & ad-  
hibitis acta sunt, perpendere velint.

fac  
sta  
mo  
po  
rea  
ter  
Ela  
ma  
his  
, ph  
, ac  
, de  
, ta  
, et  
, so  
, fi  
, D  
, ta  
, ad  
, qu  
, it  
, u  
, cu  
, m  
(  
run  
sen  
dar  
licia  
La  
H

facile eam legitimam, dignam, & ju- Sæc. XVII.  
stam approbabunt: si vero eam alio A. C. 1706.  
modo & ordine deinceps fieri cupiant,  
poterunt id perpetuae electionis Cæsa-  
reæ Capitulationi inferere &c. (\*) Ce-  
terum Pontifex Theresiam Bavariæ  
Electricem ob Filiorum suorum fata  
mæstissimam die decima septima Junii  
his verbis solatus est. „Etsi arduum  
„plene sit animis non cadere in tanta  
„adversitate, quanta ea est, quam mo-  
„do patitur Nobilitas tua, constantiam  
„tamen illam, qua nunc maxime opus  
„est humanis viribus ægre parandam  
„sola inducere potest Christiana pietas,  
„si mens inter mala, quæ perfert, ad  
„Deum erecta supremæ ipsius volun-  
„tati conformari, & obsequi satagat,  
„ac sinistros casus ad lucrum cumulum-  
„que meritorum adhibeat. Quæ non  
„ita dicimus, ut Te in præsenti, gravi  
„utique rerum tuarum perturbatione,  
„curarum omnino expertem esse veli-  
„mus; quis enim hoc a Matre de libe-  
„rorum

(\*) Nullum Imperii Principem sine cetero-  
rum Principum, ac Imperii Ordinum con-  
sensu prescribi posse, edito latino libello qui-  
dam anonymous præcipue ex pacis Westpha-  
licæ Art. 8. §. gaudeant demonstravit, Vide  
La Clef du Cabinet Aout 1709, p. 138.

Sæc. XVII „rorum suorum salute, statu, ac sorte  
A.C. 1706 „sollicita jure depositat? sed ut sol-  
„tum, quod proculdubio dies est allo-  
„tura, velut in anteceßum prælibes,  
„jacta in Patrem totius consolationis  
„curam tuam, ac omnipotenti ipsius  
„ope fulgura in pluviam fore confidas.  
„Atque hic omittimus intimum dolo-  
„rem, quo Nos ipsi propterea affli-  
„sumus, multis commemorare, cum  
„potius ad paternam nostram charito-  
„tem pertinere arbitremur cogitationes  
„nostras convertere ad exquirendam  
„malo remedia, si quæ tamen, ut re-  
„modo sunt, a Nobis afferri poterunt.  
„quo in genere non modo probamus  
„sed grata prorsus habuisse profitemur  
„officia a Venerabili Fratre Augustino  
„Archiepiscopo Amasiæ Nuncio illius  
„nostro in hac caufsa interposita, al-  
„interim non remissius certe acturi lo-  
„mus per Administrum nostrum apud  
„Aulam Cæsaream, percupidi, ut vo-  
„ctum, qualem res postulat, & vo-  
„nostra anxie operiuntur, assequi  
„tui commodum Nobis contingat, re-  
„pendi interim tibi hanc ægritudine  
„lætis rerum eventibus optantes &c.